Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tuum ut filius tuus clarificet te sicut de
disti ei potestatem omnis carnis. ut omne
quod dedisti ei det eis uitam eternam. Hec est
autem uita eterna. ut cognoscant te solum uerum
deum. et quem misisti ihm xpm. Ego te clari
ficaui super terram. opus consummauui quod
dedisti mihi ut faciam. Et nunc clarifica me
tu pater apud te metipsum. claritate quam
habui prius quam mundus esset apud te. Mani
festaui nomen tuum hominib;. quos dedisti mihi
de mundo. Tui erant et mihi eos dedisti. et ser
monem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt
quia omnia que dedisti mihi abste sunt. quia
uerba que dedisti mihi dedi eis. et ipsi acceperunt
et cognouerunt uere quia ate exiui. et cre
dideruntquia tu me misisti. Ego pro eis ro
go. non pro mundo rogo. sed pro his quos dedisti
michi. quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt.
et tua mea sunt. et clarificatus sum in eis. Et
iam non sum in mundo. et hi in mundo sunt.
et ego ad te uenio. In die scō. V. actuū. a.